



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 35. Sessio IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. diffidia ad examen vocarent, quæ tamen
A.C. 1415. nonnisi longo ex post tempore sopita fuere.

§. XXXV.

Sessio nona.

Labb. Conc. **D**ie decima tertia Maji celebrata est
tom. 12. p. 52. Sessio nona. Post Missam solemnem,
 sermonem, precesque consuetas, Benedi-
 ctus Gentianus Benedictinus, legit Uni-
 versitatis epistolam ad Synodum & Impe-
 ratorem directam, in qua eos ad unio-
 nis negotium, insuperhabita Pontificis
 fuga, strenue prosequendum adhortatur.
 Absoluta hac lectione Antonius de Piro,
 & Joannes de Scribanis Concilii Promo-
 tores assurgebant, horumque primus ver-
 ba faciens, postulabat, ut ex eo, quod
 Joannes Papa vocatus, unacum suis fau-
 toribus nec per se nec per alios compa-
 ruisset, adversus eum judiciaria institue-
 retur actio, simulque ad instituenda judi-
 cii acta nominarentur Commissarii; insu-
 per proposuit, Patres legum necessitate
 obstringi, ut Papam ab omnibus Pon-
 tificatus sui functionibus suspensum de-
 clararent, si iterato ad valvas Ecclesiæ
 more consueto citatus fuisset. Ad hæc
 Cardinalis Florentinus assurgens dixit,
 Papam ad quosdam Purpuratos misisse
 cessionis mandatum, eoque ex illis tres
 ablegasse Procuratores nomine suo co-
 ram

ram Synodo comparituros, atque ad ac- Sæcul. XV.
A.C. 1415.
cusationum capita responsuros, scilicet
Petrum de Alliaco Cardinalem Camera-
censem, Guilielmum Cardinalem S. Marci,
& se Cardinalem Florentinum. Ast tam
a se, quam a suis Collegis hanc provin-
ciam esse recusatam, ideoque Papam ad
subeundum hoc negotium illos dato
Brevi adhortatum fuisse, hoc tamen in-
superhabito, cum ceteri duo Pontificios
Procuratores agere renuissent, nec se hoc
munus suscipere velle. Ejusdem etiam
sententiæ erat Cardinalis S. Marci, Car-
dinalis vero Cameracensis declaratio, cum
absens esset, ignorabatur.

§. XXXVI.

*Joannis mandatum a Synodo
rejeclum.*

Post hæc Promotores Concilii, quan-
tum in ipsis erat, exposito cessionis
mandato obluctati sunt, declarantes, Pa-
pam, cum de citatione personali agere-
tur, per se ipsum, non vero per Procura-
tores comparere teneri, certum quo-
que esse, Joannem, eoquod ejusmodi
Procuratores nominasset, citationis fa-
ctæ notitiam habuisse, proin illum contu-
macem esse, satis comprobari.

D 2 §. XXXVII.